

IOACHIMI HOPPERI PHRISH

IVRE CONSULTI
CLARISS.

DE IURIS ARTE, LI-
BRI TRES.

Adiecto Indice rerum memoria dignarum.

EDITIO SECUNDA.



COLONIAE AGRIPPINÆ,
Apud Ioannem Birckmannum, & Vnuers
nrum Richwinum.

ANNO M.D.LXIII.

Coll. S. J. de la Salle
Ex libris Augustini Recum

num. 46. cap. 2. num. 22.

IOACHIMI HOP=

PERI PHRISII IV.

RECONSULTI,

DE IURIS ARTE,
LIBER PRIMVS.



EVS Optimus Mae-
ximus duo nobis ad
iungens artium dis-
ciplinarumque ge-
nera, quib.nos, vi-
tāmque nostrā tue-
ri, & in omnes par-
tes confirmare posse
mus: unum quidem

genus contulit, quod ad vitae nostrae cultum,
et earum rerum quib. quotidie utimur, faculta-
tem & copiam pertinet: alterum vero, quod
in ijs indagandis exquirēdisque versatur, quæ
recte iusteque viuendi vias continent, quæq;
hominem conciliant homini, & ad religionis,
& ad communis vitæ societatem. Et quidem
cum tota humana natura partim corpore con-
stet, partim animo: admirabili quadam ratios-
ne comparatum est, ut illud genus è mortali &
caduca natura desumptum, cum beluis nobis &
feris animatibus sit commune: hoc vero, è pers-

A 2 petuis

IOACHIMI HOP-
PERI PHRISII IV.
RECONSULTI,
DE IURIS ARTE,
LIBER TERTIVS.



UPEREST, ut
ad eam partē in-
stituti operis acce-
damus, quae legū
& principiorū au-
thoritatem, quo-
dam quasi sepimē-
to, vallat & cir-
cundat. Nam si
verum dicere vo-
lamus, nihil cest omnino, quod præstare nobis
possit in Republica vel iuris & iustitiæ cogni-
tio, de qua primò, vel ipsarum etiam legum &
constitutionum præscriptio, de qua secundò dis-
simus, si non & præmiorum quædam exhorta-
tiones, ac iudiciorum terriculamenta præponā-
tur, quibus tum allici & inuitari homines ad
rectè facta, tum à malo deterreri, & in officio
retineri possint ^a. Enim uero rectè placuit maio l. i. ff. de
ribus nostris, eas legū partes, quibus pœnæ con- Iust. & Iu.

rum iudiciorum.
De *ysu* *buius Artis.*
De *ys* *qui leges sustinent, & eorum diuisione.*
De *vicijs que ab yis qui leges sustinent, vitari debent.*
De *officio eorum qui leges sustinent, & de artibus, quibus instruuti esse debent.*

